

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

George Buchanan

**GEORGII BVCHANANI || SCOTI, POETAE || Sacri, & Historici Gentis Scoticae,||  
celeberrimi,|| VITA:|| Biennio ante mortem ab || IPSO scripta.|| Nunc primûm  
edita.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1595

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698048556>**

Druck    Freier  Zugang



Buchanan, Vita

1545

R

30.88



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1698048556/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698048556/phys_0001)



Rk-3088.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1698048556/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698048556/phys_0002)






GEORGII BUCHANANI  
SCOTTI, POETAE  
Sacri, & Historici Gentis Scoticæ,  
celeberrimi,

VITA:

*Biennio ante mortem ab  
IPSO scripta.*

Nunc primūm edita.



Rostochij, Typis Stephani Myliandri.

A N N O  
M. D. X C V.



1933. XII. 18.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1698048556/phys\\_0006](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698048556/phys_0006)



# GEORGII BUCHANANI VITA.

 EORGIVS BUCHANANVS in Leuinia Scotie prouincia natus est ad Blauum annem, anno salutis Christiane D. M. V I. circa Cal. Febr. in villa rustica, familia vetusta magis, quam opulenta. Patre in iuuentu robore ex dolore calidi extinto, atq; adhuc viuo decoctore, familia ante tenuis penè ad extremam inopiam est redacta. Matris tamen Agnetis Heriotæ diligentia, liberi quinq; mares, & tres pueræ ad matutinam ætatem pervenerunt. Ex ijs GEORGUM, avunculus Jacobus Heriotus, cum in scholis patriis ssem de ingenio ejus concepisset, Lutetiam amandavit. Ibi cum studijs literarum, maximè carminibus scribendis operam dedisset, partim naturæ impulsu, partim necessitate (quod hoc unum studiorum genus adolescens proponebat) intra biennium avunculo mortuo, & ipse graui morbo correptus, ac undiq; inopia circumuentus, redire ad suos est coactus. Cum in patria valetudini curandæ propè annum dedit, cum auxilijs Gallorum, qui tum in Scotiam appulerant, studio rei militaris cognoscendæ, in castra est profectus. Sed cum ea expeditione prope inutili, hyeme afferrima per altissimas nives reduceretur exercitus, rursus in valetudinem adversam incidit, que tota illa hyeme, lectio affixum tenuit. Hunc in Galliam 1535. estate proxima sequutus, in flammarum Lulberanæ sectæ, iam latè se sparagente incidit; ac biennium ferè cum iniuitate fortunæ colluctatus, tandem in Collegium Barbaranum accitus, prope tricennium clasi Grammaticam

VITA G E O R -

maticam discentium præfuit. Interea cùm Gilbertus Kennedus Cassilis Comes, adolescentis Nobilis in ea vicinia diversaretur, atq; ingenio & consuetudine eius oblectaretur, eum quinquennum secum retinuit, atq; in Scotiam unà reduxit. Inde cùm in Galliam ad pristina studia redire cogitaret, à Rege est retentus, ac Iacobo filio notho erudiendo præpositus. Interea peruenit ad Franciscanos Elegidion per otium ab eo sum, in quo se scribit à Diuo Francisco solicitari, ut eius ordini se adiungat. In eo cùm unum aut alterum verbum liberius in eos emissum esset, tulerunt id homines mansuetudinem profesi, aliquantò asperius, quam patres, tam vulgi opinione, pios, ob leuiculam culpam decere videbatur. Et cum non satis iustas iræ suæ immodicæ causas inuenirent, ad commune Religionis crimen, quod omnibus quibus male propitijs erant, intenabant, decurrunt, & dum impotentia suæ indulgent, illum sponte suâ sacerdotum licentia infensum acrius incendunt, & Lutheranæ cause minus iniquum reddunt. Interea Rex è Gallia cum

1535. Magdalena uxore venit, nec sine sacrificiorum metu, qui timebant, ne puella regia sub amitæ Regine Nauarre disciplina educata, nonnihil in Religione mutaret. Sed hic timor breui sequito eius decessu cuauit

Subsecutæ sunt in aula suspicione aduersus quoddam è nobilitate, qui contra Regem coniurasse dicebantur. In ea causa cum Regi fuisset persuasum non satis sincerè versatos Franciscanos, Rex Buchananum forte tum in aula agentem, ad se aduocat, & ignarus offensionis quæ ei cum Franciscanis esset, iubet aduersus eos carmen scribere. Ille utrosq; iuxta metuens offendere, carmen quidem scripsit & breue, & quod aliquam interpretationem susciperet. Sed nec Regi satisfecit, qui acre & aculeatum poscebat, illis capitale visum est quemquam ipos nisi honorifice attingere. Igitur acrius iussus in eos scribere; eam filuam, quæ nunc sub titulo Franciscani è edita, inchoatam, Regi tradidit. At breui post, per amicos ex aula certior se peti, & Cardinalem Betonium à Rege pecunia vitam eius mercari, eluis custodibus, in Angliam contendit. Sed ibi tum omnia adeò erant incerta, ut eodem die, ac eodem igne, utriusq; factionis homines cremarentur, Henrico octavo iam seniore, suæ magis securitati quam religionis puritati intento

Hæc rerum Anglicarum incertitudo, & vetus cum Gallis consuetu-

1540.

GII BVCHANANI.

suetudo, & summa gentis humanitas, Buchananum ad se traxerunt. Ut Lutetiam venit, Cardinalem Betonium pessimè erga se animatum ibi legatione fungi comperit. Itaq; eius iræ se subtraxit. Burdegalam, inuitante Andrea Goueano, profectus, ibi in scholis, quæ tum sumptu publico erigebantur, triennium docuit; quo tempore quatuor scriptit Tragedias, quæ postea per occasiones fuerunt euulgatae. Sed quæ prima omnium fuerat conscripta (cui nomen est Baptista) ultima fuit edita. Adeinde Medea Euripidis. Eas enim ut consuetudini schole satisficeret, quæ per annos singulos, singulas poscebat fabulas, conscriperat, ut earum actione, iuuentutem ab allegorijs, quibus tum Gallia vehementer se oblectabat, ad imitationem veterum, quâ posset, retraheret. Id cum ei propè ultra spem successisset, reliquas, lephten & Alcestis paulò diligentius, tanquam lucem & hominum conspectum laturas, elaborauit.

Sed nec id temporis ominino ei fuit expers folicitudinis, inter Cardinalis & Franciscanorum minas. Cardinalis etiam de eo comprehendendo ad Archiepiscopum Burdegalensem literas misit: sed eas forte fortuna Buchanani amantisimis dederat. Sed hunc metum Regis Scotorum mors & pestis per Aquitaniam seuissimè grassata, sedauit. 1543.

Interea literæ à rege Lusitanæ superuenierūt, quæ Goueanum iuberent ut homines Græcis & Latinis literis eruditos secum adduceret, qui in scholis, quas ille tum magna cura & impensis moliebatur, literas humaniores, & Philosophiae Aristotelicæ rudimenta interpretarentur. Ea de re conuentus Buchananus facile est assensus. Nam cum totam iam Europam bellis domesticis ac externis, aut iam flagrantem aut mox conflagraturam, videret: illum unum videbat angulum & tumultibus liberum futurum: & in eo cœtu qui eam profectionem suscepserant, non tam peregrinari, quam inter propinquos & familiares agere existimatuerunt. Erant enim pleriq; per multos annos summa benevolentia coniuncti, ut qui ex suis monumentis orbi claruerunt Nicolaus Gruchius, Gulielmus Girautæus, Iacobus Teuius & Helias Vimetus. Itaq; non solum se comitem libenter dedit, sed & Patritio fratri persuasit, ut se tam præclaro cœtui coniungeret. Et principio quidem res præclarè successit donec in medio velut cursu Andreas Goueanus morte ipsi quidem non immatura, comitibus eius acerba, præreptus est. Omnes enim eius ini-

V I T A G E O R-

mici & emuli in eos primum ex insidijs, deinde palam animo plane  
gladiatorio incurserunt: & cum per homines reis inimicissimos que-  
stionem clam exercuisserent, tres arripuerunt, quos post longum carceris  
squalorem in iudicium productos, multis per eos dies conutijs exagi-  
tatos, rursus in custodiam abdiderunt. Accusatores autem ne adhuc qui-  
dem nominarunt. In Buchananum certè acerbissime insultabant, ut qui  
peregrinus esset, & qui minimè multos illic haberet, qui eius incolumente  
gauderent, aut dolori ingemiserent, aut iniuriam vlcisci conarentur.  
Obijciebatur ei carmen in Franciscanos scriptum, quod ipse antequam  
è Gallijs exisset, apud Lusitanie regem excusandum curauit, nec accu-  
satores quale esset, sciebant. Vnum enim eius exemplar Regi Sco-  
torum, qui scribendi author fuerat, erat datum. Criminis dabatur car-  
nium eus in quadragesima, à qua nemo in tota Hispania est qui abstineat.  
Dicta quædam oblique in monachos obieccta, quæ apud neminem  
nisi Monachum, criminosa videi poterant. Item grauissime accepitum,  
quod in quodam sermone familiariter, inter aliquot adolescentes Lusitanos,  
cum fuisset orta menet de Eucharistia, sibi videri, dixit Augustinum  
in partem ab Ecclesia Romana damnatam, multò esse proniorem. Alij  
duo testes Ioannes Tolpinus Normannus, & Ioannes Ferrerius è Sub-  
alpina Liguria, (ut post aliquot annos comperit) pro testimonio di-  
xerunt, se ex compluribus hominibus fide dignis audiuisse Buchananum  
de Romana Religione perperam sentire. Ut ad rem redeam, cum que-  
stores prepe sesquiannum & se & illum fatigassent, tandem ne frustra  
hominem non cognitum vexasse crederentur, cum in monasterium ad ale-  
quot menses recludunt, ut ex aliis eruditetur à monachis, hominibus  
quidem alioqui nec inhumanis nec malis, sed omnis religiosis ignaris.  
Hoc maximè tempore PSALmorum Davidicorum complures vario car-  
minum genere in numeros redigit. Tandem libertati redditus, cum  
à Rege commeatum redeundi in Gallias peteret, ab eo rogatus ut illic  
maneret, pecuniola interim accepta in sumptum quotidianum, donec  
de conditione aliqua honesta pressiceretur. Sed cum procrastinatio-  
nis, nec in certam spem, nec in certum tempus, tñderet, nauem Creten-  
sem in portu Ollipponense nactus, in ea in Angliam navigauit. Nec hic  
tamén substitit, quamvis honestis conditionibus invitaretur: Erant enim  
illie

GII BVCHANANI.

illuc adhuc omnia tua bida sub Rege adolescenti, proceribus discordibus 1550.  
¶ populi adhuc animis tumescientibus à recenti motu ciuili. Igitur in 1553.  
Galliam transmisit, iisdem fere diebus, quibus urbis Mediomaticum ineunte.  
obsidio fuit soluta. Coactus est ibi per amicos ea de obsidione carmen  
scribere; idq; eò magis inuitus, quod non libenter in contentionem ve-  
niret cum alijs pleriq; necessarijs, & in primis cum Mellino Sangela-  
fio, cuius carmen eruditum & elegans ea de re, circumferebatur. Inde  
euocatus in Italianam à Carolo Cossæo Brixiatensi, qui tum secundâ fa-  
mâ res in Ligustico & Gallico circa Padum agro, gerebat, nunc in Ita-  
lia, nunc in Gallia, cum filio eius Timoleonte, quinquennium hæsit usq;  
ad annum 1560. quod tempus maxima ex parte dedit sacrarum li-  
terarum studio, ut de controvrsijs, quæ tum maiorem hominum partem  
exercebant, exactius dijudicare posset. quæ tum domi conquiescere  
ceperant. Scotis à tyrannide Guislana liberatis, eò reversus, nomen  
Ecclesiæ Scotorum dedit. E superiorum autem temporum scriptis  
quedam velut è naufragio recollecta edidit. Cætera verò quæ adhuc  
apud amicos peregrinantur, fortunæ arbitrio committit. In  
præsentia 74. annum agens, apud Iacobum Sextum Sco-  
torum Regem, cui erudiendo erat præfctus  
senectutis suæ malis fractæ portum ex-  
optans agit. 1580.

Hac de se BVCHananus, amico-  
rum rogatu.

Obiit EDINBurgi, paulò post horam  
quintam matutinam, die Veneris  
XXVIII. Septembris.

Anno

M. D. XXCII.








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1698048556/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698048556/phys_0014)

mici & emuli in eos per  
gladiatorio incurserunt  
stionem clam exercuisserunt  
squalorem in iudicium per-  
tatos, rursus in custodianum  
dem nominarunt. In Buc-  
peregrinus esset, & qui me-  
te gaudenter, aut dolori  
Obijciebatur ei carmen  
è Gallis exisset, apud L-  
satores quale esset, sciel-  
torum, qui scribendi auth-  
nium eis in quadraginta  
neat. Dicta quædam ol-  
nisi Monachum, criminis  
quod in quodam sermonе  
cum fuisse orta meneto  
in partem ab Ecclesia R-  
duo testes Ioannes Tolpi  
alpina Liguria, (ut po-  
ixerunt, se ex compluribus  
de Romana Religione pe-  
stores propè sesquiannum  
hominem non ignotum &  
quot menses recludunt,  
quidem alioqui nec ink-  
Hoc maximè tempore PS  
minum genere in numeris  
à Rege commeatum re-  
manaret, pecuniolâ in  
de conditione aliqua hau-  
sis, nec in certam spem  
sem in portu Olisipponen-  
tamen substitit, quamvis



O R-  
ijs, deinde palam animo planc-  
omines reis inimicissimos que-  
nt, quos post longum carcere  
s per eos dies conutijs exag-  
accusatores autem ne adhuc qui-  
acerbissime insultabant, ut qui-  
c haberet, qui eius incolumenta-  
aut iniuriam vlcisci conarentur.  
scriptum, quod ipse antequam  
excusandum curavit, nec accu-  
nem elus exemplar Regi Scot-  
datum. Crimini dabatur car-  
no in tota Hispania est qui absti-  
bos obiecta, quæ apud neminem  
est. Item grauissime acceptum,  
aliquot adolescentes Lusitanos,  
sibi videri, dixit Augustinum  
am, multò esse proniorem. Alij  
& Ioannes Ferrerius è Sub-  
comperit ) pro testimonio di-  
de dignis audiuisse Buchananum  
Vt ad rem redeam, cum que-  
n fatigassent, tandem ne frustre  
ur, cum in monasterium ad ali-  
dictetur à monachis, heminibus  
, sed omnis religionis ignorans.  
idiorum complures vario car-  
Tandem libertati redditus, cum  
s peteret, ab eo rogatus ut illic  
in sumptum quotidianum, donec  
ur. Sed cum procrastinatio-  
empus, tæderet, nauem Creten-  
in Angliam navigauit. Nec hic  
nibus inuitaretur: Erant enim  
illie